

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Nuptiae ...**

**Heins, Johann**

**Rotenburgi ad Tubarim, 1633**

VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-132651](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-132651)

## VIII.

**E** T Maro de Phœbo satus, & Podalirius, ambo:  
 Ille animi medicus, corporis iste fuit.  
 Ex uno duo sunt diversa partis & artis.  
 Unus ab ambobus prodijt HENISIUS.

Unus & amborum diversa parte vel arte  
 Ferre imbutus opem novit utrisq; malis.  
 Tantò igitur melior Medico uno, unòve Poëta  
 HENISIUS, quantò sunt meliora duo  
 Uno, spectetur moròve, calorve, laborve.  
 Tergeminum filium non citò difolias.

ἄρας ἁφ' ἑμῆς χάριν οἰωνῶν

M. Johannes Seybothius  
 P. L. C. Scholæ Rotenburgo-  
 Tuberanæ Rector.

## IX.

**G** Ustavam Augustam perdura angustia pressit,  
 Dempa ubi Libertas Relligionis erat.  
 Gustavam Augustam perdira angustia torfit,  
 Peste ubi multa hominum millia mors raperet.  
 Sed Libertatem Victor Gustavus Adolphus  
 Vandalicus potuit reddere Vindeliciis.  
 Et patriæ HENISIUS, Medicus celeberrimus Urbi  
 Consuluit mirâ dexteritate suâ.  
 Vulnere pullorum Pelicanus vulnere fanat,  
 Cùm serpentinis morfibus intereunt:  
 Sic Rex Augustus precioso sanguine curat  
 Augustam, fufis hostibus, ecce, suis.  
 Artibus excellens febres sic pellere novis,  
 Pesteq; correptos liberat HENISIUS.

Hinc